



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

LXXIX. Herzog Otto von Braunschweig genehmigt alle Zugeständnisse, welche seine Gemahlin Agnes der Mannschaft des Landes Salzwedel gemacht, am 24. Dezember 1319.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54909](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54909)

LXXVIII. Markgräfin Agnes bestätigt den Bürgern der Stadt Salzwedel ihre Rechte,
am 16. September 1319.

Nos Agnes, dei gratia Brandenburgensis Marchionissa, recognoscimus publice in hiis scriptis, quod nostros fideles ciues ciuitatis Saltwedel uniuersos et singulos, tam presentes quam posteros, in omnibus iuribus et libertatibus ipsorum, quibus intra muros eiusdem ciuitatis hactenus usi sunt, ex nunc et quoad uixerimus confouere specialiter volumus et fauorabiliter pretereri, Dantes ipsis in huius rei efficaciam firmiorem presentes literas, nostri sigilli munimine roboratas. Actum et datum in predicta ciuitate, anno domini millesimo trecentesimo decimo nono, die beate Euphemie uirginis et martyris, presentibus testibus scilicet nobili viro domino Gunthero de Keuerenberg et Luchow Comite, Borchardo, Gunzelino et Buffone de Berthensleue, Gherhardo de Kercowe, Conrado de Osterborch et Broifekino, pincerna, militibus, cum pluribus aliis fide dignis.

Nach dem Orig. des Salzw. Archives I, 2.

LXXIX. Herzog Otto von Braunschweig genehmigt alle Zugeständnisse, welche seine Gemahlin
Agnes der Mannschaft des Landes Salzwedel gemacht, am 24. Dezember 1319.

Nos Otto, dei gratia Dominus de Brunswick, volumus ad uniuersorum notitiam presentia intuentium aut audientium lucidius peruenire, Quod omnem gratiam, quam magnifica princeps Agnes, nostra domina dilecta, quondam Brandenburgensis Marchionissa et nunc nostra gloriosa conthoralis, Ducissa de Brunswick, militibus et uasallis uniuersis in partibus Saltwedele constitutis nec non Burgensibus et ciuibus omnibus ibidem ciuitatis vtriusque et toti terre adiacenti in precaria beniuole dimisit et donauit, Nos de libero arbitrio presentibus confirmamus gratam et ratam habituri. Quod si aliquis impostero hanc dictam gratiam rationaliter ordinatam et donatam suasionem diabolicam, quod ablit, infringere vel violare presumerit, hoc nos totis uiribus et auxilio bona fide repellendo volumus retractare. Verum etiam omnia iura et libertates prescriptorum militum et famulorum atque burgensium et ipsius terre adiacentis, quibus ab antiquis temporibus hactenus usi sunt, ipsis augmentando in his scriptis inuolabiliter volumus obseruare. Vnde super premissis omnibus prius dicti milites et famuli cuncti et Burgenses nobis ad tempora uite prefate nostre domine Agnetis, Ducisse, homagium seu fidelitatis debitum promiserunt obseruandum. Presentibus nostris fidelibus nomine testium militibus infra scriptis, scilicet Conrado de Rorstorpe, Borchardo de Bertensleue, Henrico de Bouenten, Gunzelino de Bertensleue, Ludolfo de Holloghe, Bernhardo de Sculenborch, Buffone de Bertensleue juniore, Herw. de nuze aliisque quam plurimis fide dignis. In horum autem omnium certitudinem et cautelam hanc paginam super eo conscriptam sigillo nostro fecimus roborari. Datum Saltwedele, Anno domini M^o. CCC^o. XIX^o., in uigilia natiuitatis domini nostri ihesu cristi.

Nach dem Originale des Salzw. Archives V, 3.